№ 2





Nicol. Gupalatini. Veneti. Phisici. prefatio in Problemata. Aristo. Ad Sixtum. IIII. Pontifi. maxi.

ROBLEMATA ARISTOTELIS emendatissima. ut nunc sunt. Latina lingua an hac nõ hũit. nã Theodorus gazes. de Ro. lingua optime meritus quam interptationem Nicol. V. iam diu dicauerat. emendauit nuper sub Sixto pñte. iiii. pon. max. Testis ego sum q eo dictãte scribebã qtum laboris insumpserit senex doctissim9 annum cotinuum in emẽdandis plurimis librarioꝝ erroribus. Deprauati erãt certe greci codices omnes Ipse tñ exactissimo iudicio ut optimum interptem decet. tum ob lingue grece sibi uernacule. atq latine elegantie peritiam summam. tum quia paripatetice secte studiosissim9 semper extitit. id in problematis fecit. quod in aliis quoq rebus fieri solet. ut ex multis corruptis ac peruersis quoddam integꝝ. atq optimũ factum sit. Quo fit ut qbusdã expositoribus nrãtib9 plerũq ignoscenduz sit. si multa aristotilice sentẽtie nequaq couenientia. uel ob grecaꝝ lrãrum imperitiã uel codicum errores. tradãt. dicantq. plerũq optima quid. sed nõ rei necessaria. aut offõ boni expositoris accomodata. quẽ Galenus instituit. ut nõ q uera sibi esse uidenẽ dicat. sed que ex mẽte autoris sunt. etiam si falsa sunt. exponat z explicet. Id libentius dixerim quod facile mihi persuadeo multos errores defectusq plurimos in artibus ac scientiis aliisue rebus euenisse ob autoritatẽ et existimatioẽ ꝓfitentiuz ex uulgari

fama compatā. Nō statim oībus credēdu est. quīmo omnia summo iudicio pensitanda et discernēda. atq̄ uniuscuiusq̄ rei sua cā quo ad fieri pōt inuestigāda z cognoscenda. nō tam erudite ac sapiēter philosophia post Pitagorā et alios mltos a plerisq̄ pstī Aristotel tradita fuisset. si statim audito ut Cicero ait de Pitagora. ille dixit. nō ulteri9 in philosophie rimationem pgressum esset. fortuna certe ut ī nobisipsis itaquoq̄ in nris tanq̄ ī omni re dnetur. ut Salusti9 ait plrimu ualet. ut hūc aliqn pperā extollat. ita illū diu latētem in lucem merito aliqn emittat. Non igit allic iamur. trahamurq̄ fortūe autoritate. sed exactissimo natur iudicio ducamur qd z si pauci sane attigūt. ut n abre uulgo dicat. paucis datum esse haber naium. tn nihil phibet. ut contra fortunae opinionē iudicari melius de oīb9 n possit. Itaq̄ facile credā sicut hoc pblematū opus ob pleniorē de omnibus reb9 sciētia reliqua alia Aristotilis scripta antecellat. itaquoq̄ cuidaz magno fato ita subiectū fuisse ut hoc poti9 tpe q̄ mltis retro seclis Theodoro interprete q̄facilime intelligendum prodeat in lucē. Sic ars oratoria. militaris. medicina: poesis. pictura. multaq̄ id genus p tp4 uarietate fatū suum sortita sint. ut nunc latuerint. nūc emerserint nunc incognita et uili. nūc pciosa z cōmendatissima sint. ita ut nō immerito uulgo dicat. Circulū esse res humanas. Agende igit immortali deo gratie infinite sunt q̄ uicissitudinem suā nra etate pblemata hēant ut nūc intelligi possint. et ita intelligi ut Aristoteles ipse nūc latine planeq̄ loqui uideat. Quā utile aūt sit hoc opus quis facile diiudicare pōt. Nā si Aristoteles in oībus suis scriptis philosophari. tum uel maxīe in hoc uidet. cum querat fere de singulis pprias causas. ac sic determinādo. atq̄ cuiusq̄ rei cām suā assignādo

id in pblematis re ipsa et quasi digito ostendit qđ in aliis suis libris presertim Analiticis postremis uerbis atq uniuersaliter precepit. Demonstratōnem igitur quātum humana mens pōt de rebus naturalibus atq artificialib9 hoc potissimū ope colligit ut id auditor consequat. quod Maro poeta canit. Foelix qui potuit rex cognoscer causas. Hanc aūt nouissimā pblematū recognitionem & emendationem cū per impressiuā artem in cuius laudē multa in poemio Io. Damasceni Venetiis impressi diximus diuulgandam curaremus Tibi Sixte. iiii. pont. maxime. quo regnante facta est merito dicauim9. tanq optimis auspiciis ferat i lucē Si tibi ex omnibus christianis principibus ut maxīo itaquoq rligiosissimo ac philosopho grauissimo op9 Aristelis philosophox principis dicatum sit.

ARISTOTELIS PHILOSOPHI PROBLEMATV PARTICVLA PRIMA INTERPRETE THEODORO PER VLTIMAM EMENDATIONEM

Vr exuperantię nimię cōmittendi morbi uim habeant. An quia uel excessum uel defectum efficiant. qua quidē re morbū consistere certū est

Vr morbi sepe curari possunt ubi qs abundā excessit. et quidē nōnulli medici eam artem exercēt ut nōnisi per excessum agāt uel uini uel aque uel salsuginis. uel cibi uel inedię. An quoniā causę quę morbos cōmittunt. aduerse inter se sunt. atq ita efficitur. ut genus alterutx duci p excessum alterius in medium possit.

Vr temporum·flatuū𝪥 mutatōnes morbos intendant·tollant ue·iudicent·uel cōmittāt An ꝙ aut frigidę·aut calidę·aut humidę·aut siccę sunt· morbos𝪥 qualitatum huiusmodi excessus cōmittit· Secūda etenim ualitudo mediocritas q̄dam est·Quod si ꝑ humidam frigidāue materiā morbus constiterit·tempus accedens contrarium tollere illū poterit·Sed si minus cōtrarium subsecutum sit· qui similis status tp̄is superuenerit intendet sane·at𝪥 in terimet·quo etiā fit ut qui bene ualent ęgrotare tp̄e mutato incipiāt· Corporis·n·ꝓinde temꝑamentum soluatur necesse est·quippe q̄d nō nisi tp̄oꝝ·ętatum· locorū𝪥 statu idoneo aptū sit augeri seruari𝪥·Quā obrem cum tempora euariant· ratio tūc ualitudinis habenda diligentius est·Idē aūt illud ꝓ cā ꝑticulatim etiam adest·ꝙ in uniuersum ꝓposui de temporibus· mutationes etenim flatuū·etatum·at𝪥 locoꝝ ꝓ tp̄is cuiusdam mutatione accipi debēt·Quapropter hę c etiā intēdendi·uel tollendi·uel iudicādi·uel cōtrahēdi morbū uim habent quemadmodū tempora·Et sideꝝ ortus· orionis·arcturi·uergiliaruȝ caniculę·qui flatus imbres𝪥 excitant· qui serenitates· frigora teporesue solent adferre·

Vr uomitus cū tp̄a immutanť citari maxime debeat·Ne cōturbatio redundet·cū uaria excre menta materię inutilis ex mutādi rōe ꝓueniāt·Vn̄d fit ut cibum alii paꝝ concoquāt·alii parum cupiant·

Vamobrem qui uel cibo uicioso uescuntur·uel fame diutina laborāt pedibus intumescer̄ soleāt An utris𝪥 per tabem consumptionē𝪥 illud accidit· Tabescunt enim & qui esuriunt· quia nullū penitus capiunt alimentum & qui uiciose uescunť·quia quod assumpserint perfrui nequeunt·

Vāobrem cum uicia bilis per ęstatem cōtrahi debeant· morbi acuti qui certe ex bili consistūt ꝑ hiemē potius urgeant· An qa febribus illi comitati acuti ꝓpterea sunt quia uiolenti· Violētia uero cōtra naturā est· Locis eīm qbusdā in corpe humescētibus feruēs orit̃ inflamatio que cū nōnisi caloris exuꝑātia sit· febres utiqꝫ accēdere potest· Aestiuo igit̃ tempor̃ arida calidaqꝫ uicia male homines habēt· Hiberno aūt humida calidaqꝫ ꝑinđ acuta· celeriter nāqꝫ interimūt cum propter humoris supercrescentis habundātiam concoqui nequeant·

Vr morbꝰ pestilens solus ex oībus uiciis ꝑcipue afficiat eos· qui ad laborantes eo morbo prope accesserint· An quod is solus omnium morborū cōis omnibus hominibus est· Itaqꝫ pestem facile omnibus infert· qui· s· deprauato iam habitu sunt· Fit enim ut morbo cubātis ueluti quodā fomite succedente uiciū illud protinus exultet· concipiaturqꝫ in aliis·

Vr si uenti septentrionales hiemem occuparūt Ver autē austros· pluuiasqꝫ exhibuit· ęstas ꝓxia grauis tam febribus q̄ lippitudinibus insequi soleat· An qꝛ estas corpora nostra multū humoris cōtinētia excipit· et terra madet z habitādi locus per humidus est· talisqꝫ redditur qualis qui grauis perpetue cōstat Primum itaqꝫ lippitudines subeunt· cum excremēta humoris in capite delinquere incipiunt· Ita· n· intelligendum est· ut res eadē & calidissima & frigidissima reddi possit· ceu aqua uel lapis· feruet· etenim illa urit hic uehemētius· Fit igitur ut aer suę crassitudinis cā calorem pleniorem suscipiens exardescat· & corpora pari ratione anxietate· ęstuqꝫ uexentur· ęstus uero in corpore· febris in oculis lippitudo est· Deniqꝫ mutatō queqꝫ calida corpus peruertit· cū scilicet coelo adhuc

madente ęstas ꝑtinus sicca & calida occupauit· uiciũ etiã augetur si pluuia estas accessit· Ita enim uis solis materiã late obtinet· quã feruescere· tum in corpibus tum in terra· tum etiam ĩ aere faciat· qua de cã febres oriuntur· & lippitudines·

Vr si hiems austrina & pluuiosa fuit· uer autẽ siccum & aquilonium est· corpora tam uere q̃ estate morbi exercẽt· An q̃d hiemis tepor & humor faciũt· ut corpora tẽpori eiusmodi ꝓxima in q̃litate reddãtur· Humida· n· laxaqꜫ fiant & soluta necesse est Que cum ita se habeant uere frigido atqꜫ sicco facile concrescer̃ possunt & indurari· Itaqꜫ grauidę quibus tunc adest partus ob ortu periclitantur· uidelicet in calescendi crudescendiqꜫ ratione· Quę res sideratio appellata ẽ· quã sicca illa cõmittit frigiditas impatiẽs omnino excernẽdi humoris· Infãtes uero quos gerũt imbecilles lesosqꜫ immodicã ob frigiditatem edũt Accidit enim ut qui tunc coelo sereno nascuntur iidem pluuio benigne & constiterĩt & nutriti fuerĩt intra parẽtẽ· Cęteris uero q̃m pituita uicio sue nimietatis purgata nõ est· Quod fit ubi uer tepidũ se exhibuit Sed coacta a frigore constitit· cum tepor occupauit· ęstatis ui colliquescit si biliosi sicciqꜫ sunt· qꜫ eorum copora minime humidam· sed squalibũdam sortiunt̃ naturam· Excitantur quidem humores· sed tenues· Quãobrem eos lippitudo arida male habet· Si uero pituita redũdãt raucitates distillatiõesqꜫ in pulmonẽ oriunt̃· mulieres extorquent difficultates intestinoꝝ quia natura sunt humida frigidaqꜫ· Seniores stupor attonitos reddit· ubi uniuersus resolutus humor incubiut· exqꜫ imbecillitate caloris natiui concreuit·

Vr si estas sicca & aquilonia fuit· autumnus ex aduerso humid9 atqꜫ austrin9· hiems q̃ ꝓxĩa est

dolor capitis·raucitas tussisq; oriantur·atq; in tabem demum euadant·An quia hiems multum materię excipit·itaq; humorē cogere atq; pituitam inde cōficerē magnum ei negotium est·Ergo difficile est humorē densari·cōficiq; inde pituitā·Quod si in capite hūor cōstiterit grauitatē cōmittet·et si nimius frigidusq; est crudorem utiq; mouet· cui sideratio nomen est· necnon si ob nimiam sui copiam concrescere minus potuit in locum defluit proximum·atque ita tussim raucitatem & tabem contrahit·

Vr si sicca ęstas siccusq; autumnus aquilones habuerint mulieribus· & omnibus pituita habundantibus secunda ualitudo contingat· An quia natura utrorumq; in alteram exuperat partem·itaq; tempus in partem trahendo contrariam ad medium habitum·bonumq; perducit·Eo igitur ipso tempore optime ualent· nisi quid ultro ipsi perperam agant· Aut humidi ad hiemem ita deueniant· ut fomitem quendam & incitabulum frigori subministrent·

Vr sicca ęstas & aquilonia·& autumnus siccus iisdem aquilonibus perflatus morbo biliosus infestet An quoniam ad idem corpus eorum ac tēporis habitus uergunt·itaq; ueluti ignis igni addiicitur·cū enim corpora exsiccentur quantūq; in his dulcedinis erat euaporatum sit·uehementerq; incalescāt necesse est·ut dum humor consumitur aridae lippitudines oriantur·residuoq; quod biliosum remanserit eodēq; recalescēte febres acutę utpote ex bili sincera inuadāt Nōnullos insania rapit· quorum scilicet natura atra bile habundat· Hęc etenim large superest· cum eius humores contrarii resiccescant·

Vr mutationem aquarum·grauem aeris ꝯo nō grauē esse affirmāt·An ꝙ aqua corpibus

alimento est· quo iam habito cōplexoq; peregrinamur Aer autem nullo se exhibet alimento· Aquarum itē genera multa et uaria per se sunt· sed aeris minime· Itaq; hoc etiam causę esse potest· quippe cum peregere etiam profectis in coelo quidē prope eodem· in aquis autem uariis uersari eueniant· quapropter aquae mutationem grauem esse recte putatum est

Vr ciborum mutatio minusq̄ aquae grauis occurrat· An quia plurimum aquę consumimus· Nam & in pane & obsoniis· & in potu aquę usus plurimus est·

Ed cur cibi & aquae mutatio grauis sit· An q2 omīs mutatio etiā tēporis & ętatis motu facilis est· Extrema namq; generis cuiuscūq; moueri facile possunt· Quomodo z· pricipia & fines Ergo et cibi qui inter se distant corrūpere se inuicē queūt· Quippe cum aut nuper aut nondū adheserit qui precesserat Ad hec ut uarius cibus grauis est turbulenta enim nec equalis concoctio eius agitur· sic in his accidit qui aquam mutarint· scilicet ut uariae potionis utantur alimento· estq; id alimenti genus q̄ siccum ualentius· quoniam plurimum est· Exque cibis ipsis nonnisi quantum dilutum est· uim habet enutriendi·

Vr mutationes aquarum faciūt· ut pediculi in quibus haberi possint multi habeantur·

An q2 humoris cruditas quam perturbatio illa committit quę ex aquae uario usu in crebra commutatione redundat· humoris creare copiam potest praesertim loco humori opportuniore· Cerebrum autem natura humidum est· quare caput maxime perpetue humet· cuius rei indicium est· q2 pili in hoc potissimum exeunt huius autem loci uis ad pgenerādos

pediculos apta est· patet hoc i pueríli ętate· Caput et enim puerorum madet abunde et sepe aut grauedine conflictatur· Aut sanguinis profusione· Quinetiam pediculos plures illa ętas habere solet·

Vr a uergiliarũ occasu ad fauonii usq flatus hi potissimum pereant qui morbo longo laborant· & senes q̃ iuuenes potius· Vtrum q summę ille intereundi causę duę adsint· frigus atque excessus· Vita enim calore fouetur seruaturq· Tẽpus autem istud ambo illa sortitur· Frigidum enim & hiems tum acerrime urget· subsequens enim tempus uer est· An q qui uiciis laborant diuturnis non secus ac senes effecti sunt· Lõgus eteĩm morbus q̃si senecta iam adesse uidetur· Ea nãq corpora sicca & frigida sunt· Altera scilicet ob etatem· altera ob languorem hiemem uero et gelu frigoris atq humoris esse excessionem certum est· Quare fit ut cum uel paruo momento corpora pateãt hiemis rigor quasi ignis igni iniungatur· atq ita interimat·

Vr in plenis impurisque corporibus ulcera capitis non magno negocio sanentur· tibiarum autem aegre· An humor eorum· quia terrenus grauis est· graue autem omne deorsum tendit· ergo superiora curari facile possunt· Quoniam seorsum humor decesserit· inferiora propterea nequeunt q admodum excrescant & putredini pateãt·

Vr si post hiemẽ aquiloniã· & uer austrinũ ac pluuium· estas sicca admodum fuit pernitiosius omnibus· Autũnus accedat· & pueris presertim· Nam & ceteris difficultates intestinorũ febresq quartanae longae· eo tempore solent euenire An quot si aqua mediocris per aestatem incessit·

quantum humoris collectum est per uer humidum· in nostris corporibus refrigeratum quiescit· Sed si non ita contigit · pueri qui suapte natura humidi & calidi sunt uehementer eo feruescunt affectu·quoniã refrigerati minime fuerint·Et si per estatẽ r̃stiterit Autumno certe quoꝝ humor ultra moduꝫ ferbuerit corripientur·Excremẽta uero nisi cõfestim ꝑemerĩt orta uidelicet circa pulmonẽ atq̃ artariam·Supra·n· primum consistunt·eo scilicet ꝙ aeris tepori nostra corpa pateant·hinc enim lippitudines quoq̃ ꝓgressis febribus in graui ẽstate sequi consueuerũt·ergo si nõ locis superioribus excremẽta humoꝝ exorsa ut dictũ est protinus interemerint·descẽdent cruda ad uẽtrẽ atq̃ ita difficultatem creabunt intestinoꝝ·At si prẽ nimia sui copia·humor excerni nequiuerit·quartanẽ his orientur qui euadere mortem potuerunt· etiã si illud intestinoꝝ uicium omĩno quieuerit· Quod·n· crudi hũoris subtersedit· stabile firmũq̃ uehemẽter modo atrẽ bilis adhẽret

Vr si ẽstas & autumnus imbres austrosq̃ habuerunt·hiems grauis insequi soleat·An ꝙ hiems corpora prẽhumida excipit mutatõ etiam ingens occurrit·Non enim paulatim· sed repente ex calore inmodico ad frigoris acerbitatem uenitur·qñ autũnus quoq̃ tepidus extitit·Itaq̃ qui denso corpe sunt· hos morbi extorqueãt acuti necesse est· his eĩm humida excrementa supra potius colligunt̃· cũ ꝑtes sup̃iores humoribus huiuscemodi opportunas· inferiores inhabiles illi habeant· Ideoq̃ qui tali textura corporis sunt non multa excrementa sibi admittunt· Cũ igit̃ qui locis superioribus corporis humor excreuerit· infrigescere incipit· fit ut praedicta uicia oriantur· quẽadmodum uinolentis prope accidit· cum algent·

At quibus laxius corpus est· his febribus orsis euenit· ut q̄ summa de cruditate febres constiterint· trāseāt in ardores· quoniā his magis totū corpus ab hūoribus occupat̄ q̄ dēsa illis mole cōstantibus· exq; ui frigoris coacto eoꝝ corp̄e humores incalescētes febres accedūt Superans·n·calor totius corporis febris est· & si idem nimio intendatur humore ardor effici potest·

Vr annus pestilens tūc inuadit· cum sol multū uaporis de terra excitat· An tūc annus humid9 pluuiusq; significet̄ necesse ē terrāq; madescer̄ necessariū· Fit igit̄ ut q̄si locis palustrib9 grauibusq; p̄ide inhabitet̄ & corp̄a quoq; mltis tūc excremētis redūdar̄ necessariū ē· ita ut ęgrotādi materiā hēant in ęstate·

Vr grauis tūc adeat annus cū copia est pusillaꝝ ranarum· quę rubetarum faciem representant An res unaquęq; loco suę naturę idoneo habūdare solita est· Itaq; eiusmodi animantium genus cū natura humidum sit humidum pluuiūq; annū ob eam ipam causam indicat· Anni eiusmodi ꝓo graues p̄culdubio sunt· Quibus eīm corpora facta prehumida fuerint multis idcirco excremētis premūtur· quę causę sunt ut morbi proueniant·

Vr austri sicci nihil humentes febres creare soleant· An quia calorē humorēq; excitant alienū Sunt enim suapte natura humidi calidiq;· qua quidē re febris cōmittitur· quippe quę nōnisi per excessum ambarum qualitatum illarum oriri soleat· Cum igit̄ imbre austri uacant corpora nostra ita afficiantur· necesse est· At cum flatibus imber adest nos aqua refrigerat· austros tamen quos mare miserit prodesse stirpibus certū est· Refrigerati nāq; beneficio maris deueniunt contra eruginem· quae humore caloreq; alieno consistit·

Vr corpa hūana se tardiora debilioraq̄ sentiūt cum austri afflant. An quia multum ex paulo tūc redundat humoris. quē deliquescere tepor coegit Exq̄ leui afflatu grauis humor citatur. Adde q̄ uires nostrę conditę in articulis sunt. qui austrinis laxari flatibus consueuerunt. Constat id ex eorum crepitu quę pridē conglutinata tunc remittunt̄ ac resoluūt̄. Tenax etenim humor qui articulis inditus est ut cō cretus nos moueri non patitur sic nimis humefactus intendi minime sinit.

Vr per estatē magis aduersa ualitudine laboret̄ per hiemem uero magis qui laborāt emoriant̄. An quia calor qui per hiemem intus propter corpoꝝ densitatem coherceṫ paꝝ adiuuat. nec labor operum qui amplius per id tp̄s suscipitur. excremēta humoꝝ pōt concoquere. ideo ualidā esse mali originē necesse est. Quod cum ita sit perniciosum morbum urgere ratio est. Contra. in ęstate quoniā corpus uniuersum raꝝ refrigeratū. resolutū. atq̄ laboꝝ impatiens est. Id circo morbos plures quidē oriri necessarium uidetur uidelicet ob lassitudinem. cruditatemq̄ ciboꝝ. Noui eteīm fructus tūc adsunt. nō tn̄ ita ualidos esse natur̄ ratio patitur. quamobrem facultas hisce succurrendi datur facilius.

Vr post utrūlibet solsticiū p̄ centū dieꝝ spaciū mori maxime accidat. An q̄ eatenus utraq̄ ue hemētia caloris et frigoris se dilatat. quę morbos per niciemq̄ afferre infirmis potest.

Vr uer atq̄ autumn9 morbis infestēt. An quia mutatiōes graues omnes occurrūt. Sed autūn9 uere grauior est. quia corpore calido refrigescente q̄ frigido incalescente potius ęgrotamus. Vt igiẗ uere frigidum ı̄calescit. sic autumno calidum refrigescit.

Vr ꝑ hiemē minus q̄dē q̄ ꝑ estatē· sed ꝑniciosi9 egrotetur· An quoniā in estate morbi ul' parua de cā existūt· q̄d in hieme minime accidit ita· Sumus eim tūc & ad 9coquendū et ad bene ualendū aptiores Itaq̧ rōe· maiora ꝑniciosioraq̧ mala sunt que maiori de causa ꝑuenerit· Quod idem in athletis & omnino in his qui scēa ualitudine esse solent licet perspicere· Aut eim nllo morbo ꝑmunt̄· aut ꝑssi celeriter e uita decedūt· Quippe q̄ nisi magna cū cā egrescer̄ neq̄āt·

Vr per autumnum ac hiemem febres ardentes potius oriantur· que tp̄a frigus preseferunt per estatem uero cū estus adsint rigores magis infestēt An q̄a in corpore hominis bilis calida pituita frigida est· Itaq̧ per estatem quod frigidum est dissoluitur· diffusumq̧ horrores· tremoresq̧ excitat· Per hiemē aūt quod calidū est· ui tp̄is pressum r̄frigescit· Febres tn̄ ardentes per hiemem autumnūq̧ pocius cōflictāt· quoniam calor pulsus a frigore introrsus se cōtrahit Ardor·n· non residet in summis· sed intrinsecus se expandit· atq̧ ita efficit̄ ut rōne febres ardētes hiberno tp̄e oriant̄· melius id ī his intelligi pōt· q̄ aqua frigida quiq̧ calida se hiberno tp̄e lauerint· Qui·n· frigida se infuderūt· ibi aliq̄ diu dū diluerent̄ friguerūt· reliquo toto die tuti a frigore sunt· At qui calida usi fuerint frigus diutius experiuntur· Caro·n· spissescit calorq̧ introrsus se colligit eoꝝ qui se aqua diluerint frigida Cōtra autē iis euenit q̄ calidā admisere· Caro quippe rarescit· calorq̧ ad exteꝝ usq̧ locum euocatur·

Vr nā uirtus sit cataplasmatis· An ut resoluat· ut moueat sudorem· ut euocet uaporem·

Vo nā argumēto cōstet abscessum iā purulētū esse· an si aqua ꝑfusus calida immutat̄ purulēt9 est· si minus nondum est·

Vr nam urenda · queue sint incidenda · An q ore sunt amplo nec breui coaugmententur · hec ureda sunt ut crusta illic incumbat · Sic enim nullum pus cicatrice inducta occultabitur ·
Vr na uirtus medicameti supprimetis sanguinem sit · quod enemum appellamus · An ut exiccet · & materie iutilis cofluuiu compescat sine crusta · aut carnis putredic · Ita · n · efficit ut uulnus simul & inflamatioe careat z unitati sit oportunu · qd · n · materia n superfluit inflamatoe carebit · Quod siccu e unitati oportunius erit · qdiu namq permadet cocorporescer neqt · Quaobre q cruetis iniicieda cesemus acria magna ex pte sunt · quo acerbitate sua possint astringere ·
Vr na incideda · que ureda sunt q cotra no ita curada sint · sed medicametis · An q in ala aut in inguine abcesserunt medicamentis curadum potius · diducta · n · ptim laboriosa ptim piculosa reddut · uredi sunt illi abscessus q lati · pcessuq multiplici erupunt quiq uenosis non carnosis resident locis · Incidendi q in acutum se colligunt quiq non parte solida extant
Vr si qs aere incisus sit facilius q si ferro sanescat
Vtrum qa aes leuius e · itaq minus laceret · ictumq faciat · An ediuerso q ferru acie ad actiorem recipiat lectione idcirco faciliore tollerabilioreq efficer deat At uero aes medicameti uim obtiet · et pricipiu qdcuq ps potissima rei e · qd igit aes simul ac fuerit incisum medicameto pntissio ade facit ut uulnus celerius coeat
Vr ambusta ex aere sanent celeriter · an quonia a laxioribus minusq corpulentis effecta sunt · Plus enim caloris corpori inheret solidiori ·
Trum ptisana ordeacea leuior et ad morbos accomodatior q triticea sit · hanc eim nonulli anteponunt · argumentumq ex pistoribus

capiunt· q̄ multo coloratiores sunt qui tritici q̄ qui ordeacei pisturam exercent· Addunt etiam q̄ ordeū humidius est· Quod autem humidius est cōcoctionē desiderat pleniorem· Sed nihil ꝓhibet quo minus· ut concoctu q̄d difficilius ordeum habeat· sic ad leuitatē quid utilius prestet· hoc eīm non humidius tantum tritico est· sed frigidius etiam· qualis certe sorbitio cibusq̄ competit febrienti· ut parum alat· et satis refrigeret· quod ptisana ordeacea facere potest· Quod enim humidior uł corpulentior est hinc alimentum idq̄ frigidiusculum praestat·

Vr dentium stuporem porculaca herba aut sal tollere potest· An porculaca quia lētum quendā habet humorē q̄ uel mādūcāti· aut manu aliq̄ntisper confringenti patescit· heret enim ac trahitur· lentor igitur subiens ille a corpore educit acorem· quippe q̄ affinitate q̄dam cōiungi ualeat argumento saporis· quē accidulum reddit· Sal uero macerat liquefacitq̄· atq̄ ita acorem quoq̄ extrudit·

Ed cur lixiuium nitrumue hoc id̄ facere neq̄at an q̄ hec suā ob acerbitatē astrīgūt n̄ liq̄faciūt

Vr estiuis lassitudibus balneo· hibernis unctiōe mederi conueniat· An hibernis unctio dat̄ ꝓpt̄ horrores mutationesq̄ urgentes· per calorem enim laxandum est qui membra tepescer̄ faciat· oleum ꝯo calidum est· At in estate humefaciendum censetur· quoniā tp̄s id siccum est nec metus inp̄ellit horroris eo q̄ status tp̄is ad teporē īgenue uergit hinc etiam cibus parcus· potio liberalis ꝑ estatē admittitur ille magis hec omnino· Potioni nāq̄ ꝑ estatem ob tēpoꝝ siccitatem indulgendum ex toto est· parsimonia ꝯo cibi cōis tpoꝝ oīm ē· sed magis estati cōuenit ne ob hītū tp̄is feruētē corpꝰ cibo ī modico p̄sāz excitaret

Vr ex medicamētis alia aluū soluāt uesicam aūt minime· alia uesicaȝ soluāt· cum aluum nihilo moueāt· An quia ea que natura humida sunt· atque aqua referta si medendi obtinent facultatē uesicā soluūt· Subsidēt eīm in ea humores q putrediē immunes euaserunt· quippe uesica pro eius humoris cōceptaculo habetur qui mīme in uētre cōcoquitur· qui non manet· sed priusquam agat quicquā aut patiatur excernitur· At que terrenam sortiūt naturā· si uires habeant medicas aluum hec fundere queunt· In hanc enim terrena queque materia se ꝑuoluit itaque turbat si mouendi obtinet facultatem·

Vr alia uentrē mouēt supiorem· alia inferiorē ut uelatrum superiorem· scamonea inferiorem Alia uero citant utrūque ut elaterium· z thapsie sucus An quia ex medicamētis q uentrem mouēt alia frigida alia calida sunt· itaque alia ꝓpter suum calorem ꝑtin9 ut in superiori uentre fuerunt· loca petunt supiora ac inde liquefaciēdo· maxime que aliena sint minusque insedentia· sed etiā que insunt natura intima medicamento· s· uehemētiori epoto· aut copiosiori q natura patiatur tam ea ipsa que excrescētia adfuerint in uentriculū deducūt· hic uero feruore excremēta ꝑturbāt flatūque excitāt multum· qui obsistens uexansque demū uomitū mouet· Alia quia natura frigida sunt seorsum uersus pondere suo labuntur· etiā priusquam quicquā uel efficiant uel agant· ac inde ꝓficiscētia idē actitāt qđ supiora· ubi· n· ꝑabdita foramina illic ascenderūt atque materiā agitarūt eodē tramite· secū q corripuerit excremēta colliqmētaque ađducūt at gen9 medicamēti quia q̄litatis utriusque ꝑticeps mixtūque ex calido frigidoque est hoc ob eā utrāque facultatē rē pōt utrāque 9ficer hic z medici mixtis sibi generib9 sepe medicias 9ponūt·

Vr medicamenta purgare ualeant·cum alia
pleraq; amariora ceterisq; eiusmodi qlitatib9
insigniora id facere nequeant· An quia non
ob eiusmodi uires purgandi obtinent facultatem·sed
quia concoqui nequeunt etenim que ob excessum ca
liditatis aut frigiditatis·quis exiguo corpe incoctilia
sunt·aptaq; uincere non uinci ab animantium calore
resoluiq; eadem facile a uentre utrolibet possunt·hec
medicamenta habentur· Vbi eim uentrem adierunt
resolutaq; sunt·statim ad uenas per easdem feruntur
semitas·qbus pmeat cibus·mox cum nihilo cōcoqui
potuerūt·sed uictrice persititerunt potētia relabunt
et q sibi obsistunt secum detrahunt·que res purgatō
uocitatur·Aes uero argentum·ceteraq; generis eiusd
et si concoqui a calore animalium non possunt· sed
resolui a uentribus nequeunt·oleum·mel·lac·ceteraq;
eiusmodi cibi purgandi quidem uim obtinent· sed
quantitatis non qualitatis ratōne·ubi enim obnimiā
sui copiam cōcoqui minime potuerunt tum purgāt
si quādo id facere possunt· duabus enim illis decausis
aliquid concoqui nequeat·aut quia generis peruicacis
est· aut quia modū excesserit·Quamobrem nihil ex
predictis medicamentum est·quippe cum nō ob aliq
sui facultatem purgare ualeat acerbitas acor malusq;
odor medicamenta comitantur·eo qd genus medica
mentorum cibo contrarium est·Quod eim cōcoctū
a natura accessit·id corporib9 adherescit·alimentūq;
appellatur·Quod autem conuinci donariq; minime
possit·sed uenas ingressum per excessum caliditatis·
frigiditatisue sue p turbet· hoc naturā sane obtinet
medicamenti·

Vr piper·si large sumatur·uesicam soluet·si
si parce aluū·ecōtra scamonea si large sumat

aluum soluet · si parce · et que uetus est uesicam · An qa
singula magis a singulis mouetur · piper enim magis
urinam ciet · scamonea aluum · Itaq; si piper sumptū
copiosius est ad uesicā defert̄ · nec se in aluū diffūdit ·
Sed si exiguum ceperis · retentum id aluum soluet · at
que ita medicamentum eius existet · Scamonea uero
que data copiosius est retinetur ut resoluat̄ · resoluta
iam medicamētum efficitur · ob quam superius cām
proposuimus · At si exigua una cum epoto humore p
inuisibiles meatus imbibit̄ · ac celerius anteq̄ pturbet
in uesicam defertur · qua pro sua facultate recremēta
colliquamentaq; residentia per summa abducit · Sed
illa multa ut dictum est · q diu ex uirium soliditate
permanserit large expurgat · sordesq; terrenas potissi
mum detrahit ·

Vr inflamationes easdē alii frigefaciendo sanēt
alii calefaciendo cōcoquant · An q illis per refri
gerationem · hiis per externū calorē caloris sui copiā
colligere placet ·

Vr mutari cathaplasmata debeāt · an ut plenius
sentiat̄ · Solita · n · ut ea que uētriculo mādamus
non amplius medicamenta sunt · sed pro alimentis re
cipiuntur · sic etiam hęc fungi suo munere nequeunt

Vr cibum inminuere · laborem augere salubre
est · An quia causam egrotandi excremētorum
habet nimietas · quę tunc certe exultat · cum aut cib9
superest · aut labor · deest ·

Vr medicamenta & res amarę · aut foedi odoris
magna ex parte purgare possunt · An quoniam
amara quęcūq; maleq; olentia cōcoqui nequeūt Qua
decausa medicamenta quoq; amara sunt · atq; foetida ·
Quot · n · concoctionē nullā sibi admittunt · mouerq;
cū amaritudine pn̄t hic medicamēti sortiut̄ naturā ·

Et si iusto plus data sint periment. Que autē necant etiam si exigua dentᷣ. hec nō medicamenta sed toxica esse dicimus. Ne illa quidem medicamenta uocamus. que nō sui generis qualitate purgare queant. Sunt. n. pleraq; in genere cibi que si large sumantur facere idē poterunt. ceu. lac. oleum. mustum. Sed hec omnia q͞ꝛ minus facile cōcoquūtur. idcirco purgant. nec omnes sed aliquos. Sūt. n. aliis alia cōcoctu facilia. difficiliaue Quāobrem non eadem medicamento omnibus sunt sed ꝓpria plerisq; comperiunᷣ. Deniq; medicamentū non solū concoctione inmune. sed etiā motus efficiēs esse debet. sicut & exercitandi ratio extrinsecus. aut intrinsecus accedens nonnisi per motum alienam excernit materiam.

Vr odorata genera tam seminum q͞ plantarū mouere urinā possint. An qa calida cōcoctuq; facilia sunt. quo in genere ea collocamus que citant urinam. hoꝝ enim uis insita calefaciendi breui extenuatur. odor quoq; nullam corpulentiam gerit. Nam & ea que odorem plenissime reddūt. uelut alia caliditate sua mouēt urinam. uel potius uim obtinēt tabefaciēdi. semina odorata uero calida esse certū est.

Vr impuris tetrisq; ulceribus. siccis acribus acerbisq; medicamentis utendum est. puris ꝟo z. sanescētibus humida tantū imponunᷣ An q͞ꝛ impuris detrahendum aliquid est. quod nōnisi humor ē alienꝰ. q adimi debet. Genꝰ aūt medicamēti quod mordax acre. acerbūq; est id efficerᷣ pōt & siccū magis q͞ humidum. At que pura sunt cicatricē tantū desiderant.

Vr morbis qui contrahuntur a pituita. libido inmodica ꝓsit. An q͞ꝛ semen genitale excremēti cuiusdam detractio est. ideo natura presefert pituite

Quot igitur multum pituitae concubitus detrahit iuuare idcirco potest.

Trum ergo inter initia mali cibū afferrī melius sit an post. An īter inicia. ne iā peritus debilitato febris occurset. Igitur uel extenuādum ptinus est. uel ita alendum. Sorbitionibus primū recreandum. Haec nanque mitiores. leniores. colliquabilioresque sunt. & alimentum hinc capere infirmū corpus expeditius pōt Nihil enim cibum in uentriculo resolui perferuereque ante oportet. quod nōnisi labore cubātis fieri potest

Vr intuendum urinam an concocta sit. nec ne profluuio intercepto mingendi potius q̄ ppetuo An quia signum cōcoctionis urina exhibet rufa. quod quidem melius intercepto profluuio deprehenditur. Genus. n. quodque humoris suū colorem plenius ostēdit cum exiguum est q̄ cum multum est. nam in multo figurę in exiguo colores conspectiores sensui obuient Quod etiam ī rore. sanguine. lacrimaque palpebris adherente patescet. Vrina igit̄ si continue dimittatur copiosior redūdabit sin intercipiat̄. iudex sui coloris certior erit Quot si iam ex cōcoctione colorē traxit eiusmodi talis profecto apparere etiam amplius pōt. cū lumē se refrigat & tanquā speculum fiat propter intermissionem profluuii

Vam ob causam corpus cui sectam conciliamus ualitudinem nō densum. sed rarum reddēdum est. an ut urbs locusque quicūque salubris est. qui placide aspirat̄. q̄propt̄ mare quoque salubre ē. ita etiā corpus quod spiratius est. sanitati opportunius cōstat. Aut eīm nullum recremētum existet. aut quod extiterit q̄primum excernatur danda opera est. corpusque est semper ita regendū. ut simul atque excrementū admisit habeat q̄ pte illud excernat. sitque motui deditū n̄ qeti

Quod enim manet putrescet·modo aquae immote· Putrescens uero morbū cōmittit· At quod excernit̄ antequā uicietur decedit·hoc igitur ut corpore dēso nunquā contigit·Fit·n·ppe ut inuisibilia foramina claudantur·sic raro solutoq accedat necesse est Quā obrē in sole nudo corpore minime ambulandum est· Spissatur etenim caro & concallescit· corpusq parte interiore humidius redditur·Quantum·n·humoris residet aboletur·q̄tum intestinū est manet ītactum· Qua ratione quoq carnes asse lixis humidiores sunt· Ne pectore quidem nudo ambulandū est·Ita·cīm uis solis corporis optime partis conditę adimet·quę nll'a egeat demptione· Sed inferna potius eam desidernt Inde igit̄ ut & r̄moto nōnisi cū labore sudor educit̄· hinc facile ob loci opportunitatem digeri potest·

Vam ob causam pnitōnibus·i·ambustis frigor̄ tam aqua frigida q̄ calida prosit· An quoniam genus id uicii ex nimio humor̄ consistit frigida igit̄ humorem adstringit·atq exasperat·calida in spiritū uertit carnēq elaxans·libertatē effūdi pbet spiritui·

Vr frigus pernitōnes calor ambusta & facit & tollit·an q eadē uis colliqn̄ facit exsiccādo tollit

Vr potio febriētibus sepe & paulatim submi nistrāda est·An q potio multa pręceps defert̄ exigua lēte incedēs irrorat· madefacit seseq insinuat corpori· Sicut·n· in humo· si aqua large accesserit p fluet· si paulatim uero madefaciat tantū· ita etiam in febrib9 agit·Nā & aquas fluentes si quis paulatim deducit·alueus humorem totū ebibit Sed si tantūdē aquę uniuersum dimiserit scaturigo uelox usque eo profluet quo deducere libitum est·tum eger quiescer̄ immotusq quo ad maxime fieri potest·iacere debet· immotus inquā q ignem quoq emarcescer̄ certū est

ubi a nullo mouetur · ne aduersus flatui cubat · quoniā flatus excitat ignem · sollicitusq; per auram ignis ex paruo magnus assurgit · obuclādus ęger opperiēdusq; propterea est · quia si nullum igni concedat spiraculū extinguetur · Ne ueste quidem exui debet donec insu dare occoeperit · Vt enim subiectum hunc ignē uisui sic & delitescentem illum naturae humor extinguit · Adde in genere febrium intermittentium balneum · & fomenta pedibus admouēda · & uestem pleniorem superponendam & quietem agendam · quibus praepa retur · ut corpus per quam calidum sit ante accessiō; Vbi enim multum superest ignis · lucerna nequit ar dere · exiguum quippe ignem multus ille ad se trahit · ita fit ut multum ignis in corpore pręparandum sit febris enim exiguum continet ignem multusq; pinde ad se ducet exiguum ·

Vartanis febribus ratio uictus extenuanda non est · sed ignem corpori interserendum · Necnon exercitatione utendum · & qua die accessio instat lauādum · somnumq; minime quęren dum · huic uictus calefaciens prodest · qa febris q̄rtana imbecilla est · Nam nisi imbecilla esset · quartana non fieret · Vides ne quam ubi multus ignis perflagrat · lucerna suam asseruare flammulam minime queat · Multus enim ille exiguum ad se rapit · ergo multum ignis accendendum in corpore est ut quod exiguum febris continet restringatur · Sit igitur uictus cotti diani ratio · quae partim ignem partim · rorem indat · in corpus

Orborum alii ab igne · alii a rore creantur · Curat morbus ignis ros roris · ignis eīm hic exiccat rorem ·

Vr pelles recenter detracte maximeq̃ arietũ uerberum uulneribus & uibicibus admotae. & oua sup̃ cõfracta ꝓhibẽt ulcera ne ↄsistãt. An ratione utraq̃ humor colligi. intumereq̃ ꝓhibẽt Pars enim collisa humorem trahit intumescitq̃ ꝓp̃t feruorẽ. Oua sua lenticia glutinant. atq̃ ita intũescer̃ non sinunt. ut etiam in ambustis glutine agitur con glutinare pñt pelles quoq̃ ob suam lenticiam hẽrẽtes nimirum simulq̃ suo calor̃ cõcoquũt inflamationeq̃ sedant. Neque enim detrahere eas solemus nisi diebus aliquot post etiam qui ex sale aceto ue perfricandum censent inflamatõnem tollere uolunt.

Vr cicatrices reliquo quid̃ in corpore nigrę oculis albę inducũtur. An q̃ cicatrix colorẽ priori cõtrarium trahit. scilicet queãdmod̃ omnia quę egrotarint. Vlcera autẽ parte oculi nigra contrahi solent. Verũtamen neq̃ in corpore statim nigrescũt. sed principio albę sunt. neq̃ in oculo semp̃ nigrę. sed demũ uel ex toto. uł magna ex p̃te reddũt̃.

Vr ferula oras siue ambitum plagae rubidũ medium album facit. Vtrum q̃ sanguinem pellit ex medio. quod maxime ferit. quia in orbem se colligit. & rotunda est. An ea quidẽ decausa sanguinem deinde redire oporteret. Rubedo autem nonnisi concursus sanguinis est. isq̃ in eum locum q̃ ictus est.

Vare cum membra a ferula uehementius fe riuntur. medium carnis album. orę rubrae redduntur. Lingno autem contra medium amplius rubet. An q̃ ferula suaꝫ ob leuitatem. ubi ue hementer percussit. sanguinem residẽtem p̃ summa dissipat. Itaq̃ unde sanguis defuerit. mox ea pars alba

existit· quo autē plenius fluxit· hic rubor ambit· Cūq3 plaga intumuit· sanguis cito suam sedem repetere nō potest· quoniā & exiguus est· & rlationem p accliue agat necesse est· Non enim nisi copia magna referri potest cōtra naturam· At ictus quos dura corpora inferant· affligunt· colliduntq3 ponderis sui ratione· ac robore· Afflictum itaq3 medium cauum redditur collisum autem rarum existit· Collisio nanq3 dissectio & distractio leuis est· qđ cu3 cauum collisumq3 rddatur sanguis ad id summus de oris undiq3 fertur· Nam & aptꝰ ferri deorsum est & laxa expeditius subit q ea cedunt facilius· Vbi autem sanguis eo ipse se collegit efficitur merito ut mediū rubore tingatur· Orę aūt quas deseruit albedine decolorentur·

Vr nigrae cicatrices hominū sunt qui uicio lienis tenentur· An q sanguis eoꝝ corruptꝰ est· propter admixtionem morbosi dilutiq3 sanguinis qui a liene pcedit· Cicatrix igitur cute prę tenui summaq3 consistit· Sanguis xo ille qa ut dilutꝰ & calidus sit niger est· cicatricem nigram trāspectus utique ostendit· & quidem sępius hac eadem decausa cicatrix nigrior fit· Sanguis etenim cutis ībecillitate frigescit· & calore euaporante atrior redditur· Senioribus etiam pari rōe cutis magis nigrescit· & natiuę cicatrices atriores q̄ iunioribus habentur· est eīm q̄si uibicatum corpus eoꝝ totum· non ob aliquam cutis tenuitatem· sed q calor defecerit·

Trum quecūq3 rei eiusdem causam obtinēt uim habent eandem ad agendum· An non· uerbi causa cum uibices discuti & ab ęre· & a radicula· & a faba· commādūcata· & a pulmōe· & ab

argilla · & ab aliis huiuscemodi possint singula · ne ui eadē hoc efficiāt · an diuersa · An ęs ideo tollit quoniā rubiginem prae se fert · quę pro medicamento accipi potest · Faba uero · & pulmo · & argilla eo ꝙ ad se attra hunt ꝓpter sui corporis raritatē · Cętera quae p̄dicta aliis ex causis idem faciunt · An ultimum quidem in his omnibus idē est · Quod autem antecedit hoc dis crimini fore nihil est quod probibeat ·

Vr caeterae cicatrices nigrae oculi albae con sistunt · An ꝙ cicatrices colorem contrahūt contrarium parti in qua efficiuntur · At in parte oculi nigra fieri solent · ergo albae efficiantur necesse est ·

Vr ictus ferulae dolorem amplius mouet q̄ aliquod duriorum Ita enim deprehendetur si quis cum uerberat ratiōe considerat · cum tamē ictum durioris uehementiorē esse ratio potior exigit · Acrius enim ferit quod durius est · An ꝙ caro nō solum cum percutitur · sed etiam cum repercutit dolet · Igitur a duris percuti tantum potest · Cedit · n · propter eorum duriciem · At uero a ferula utrunque sane accidit · ut & percuciatur · & repercutiat · ꝓpter ponderis leuitatem cum scilicet nō cedat · sed renitat̄ ita ut ictus possit duplicari ·

Vr thapsia & cyathus quę contraria plane inter se sunt pariter uibices possint discuter̄ hic principio illa post · Ciatus enim frigidus est · Quod etiam poeta inquit · Homerus · Et gelido dentes defixit in aere · Thapsia uero calida & urens ·

An q̃ ut animo deficiẽtibus aqua sic cyatus uibicatis occurrit· obuians eĩm refrigeratio calorem prohibet educi e sanguine· qui per ictum ad summa confluere corporis atq̃ concrescere solet· ubi calor decesserit· Fit enim ut perinde ac si extra sit congeletur· cũ sub cute est· ꝓpeq̃ abest· ut extra sit· At uero cum calori exitus negatur non concrescit· sed se rursum diffun dit & sedem undẽ effluxit repetit· Quod idem tapsia quoq̃ prestarẽ potest· quippe quę caloris sui facultate prohibeat ne sanguis gelescat

Vr ęneis quibusdã admotis· ut cyatis· aliisq̃ generis eiusdem uibices reprimi resoluique possunt· An quoniam ęs natura frigida est· ergo calorẽ effluere uetat· e sanguine quem ictus col legit· eo nanque per summa corporis exhausto uibex existit· Itaque celeriter admouendum est antequam geletur· & thapsia uero ex melle illita eadem de causa iuuat· Quia enim calida est sanguinem refrigescere prohibet·

Vr si eodem in loco saepius ulcus extiterit· cicatrix atra ducetur· An quacũq̃ parte ulcꝰ se ostenderit· hec admodum debilitatur eoq̃ magis quo ulceratum sępius sit· Debile autem omne frigescit· humorisque plenum est· Quo fit ut nigrũ quoque appareat· Et quidem ulcera magna & uetera cicatrice atra obducta uidemus· Sepe autem ulcus ce pisse non aliud est nisi ulcus diu habuisse·

Vr uibicibus cyatos admouere solemus· An q̃ locus quo icti fuerimus refrigeratẽ calorq̃ inde omnis decessit· Cyathus itaq̃ admotus facit ęris frigiditate ne calor abeat·

Vr pili cicatricibus nequeunt exoriri. An ꝗ omnes meatus obcecantur & uariant e ꝗbus pili se promouere solent.

Vr ictus tumorem liuoremq́ suscipiant. An ꝗ de loco percusso humores disiecti in loca proxima ruunt in qnibus offendentes retorquentur. Itaq́ coniuncta conglutinataq́ humorum copia tumor per collectionē exurgit. & si quę uenulę ruptae sint. confluuium id humoris sub cruentum fiat necesse est.

SECVNDA PARTICVLA QVAE AD SVDOREM PERTINEMT. THEODORO INTERPRETE.

VR NEQVE INTENTO neq́ cotento spiritu. sed potius relaxato sudor proueniat. An quoniam retetus spiritus uenas implet Itaq́ humorem exire nō patitur. ut i aqua fit uasis. quod in mare demissuȝ dulcem intra se colligit humorem. clepsydraq́ ob id nominatū est Nequit enim effluere cum quis pleno iam uase partē alteram obturauit. Sed ubi per spiritus libertatem:

ſudorem ꝓmere licuit· multus certe erumpit quoniā eo ipſo retentu copia humoris paulatim collecta eſt·

Vr membra aquae immerſa calide nō ſudēt etiā ſi ex ſe ipſa recaleſcāt· An ꝙ aqua liq̄ſcer̄ non ſinit· Sudor autem res uicioſe adiuncta corpori eſt·ut qui per calorem excerni debeat·

Vr ſudor ſalſus eſt· An quia motu efficitur & calore ſecernente quātum alienum per adherentiam intimationeq̄ȝ ineſt in alimento ad ſanguinem carneſq̄ȝ· Id enim ociſſime ſegregatur quoniam nec aptum nutritioni eſt· & foras demum euaneſcit· Salſus uero propter id eſt· ꝙ pars quidem dulciſſima·leuiſſimaq̄ȝ tota ad corp9 nutriendum aſſumpta eſt·Pars autē alieniſſima crudiſſimaq̄ȝ tantū abſoluitur·quae partim deorſum collapſa & ſubſidēs urina uocatur·partim in corporis ſumma emergens ſudor eſt· ambo tamen ſalſa ob eandem cauſam prodeunt:

Vr magis parte ſuperiore corporis q̄ inferiori ſudemus Vtrum quoniam calor ſurſuȝ tendit· ſuperque manet· propterea humorem ſecum trahere poteſt· An quoniam ſudorem ſpiritus moueat qui ſedem habet ſuperiorem· An quia ſudor nō niſi humor eſt incoctus·quali certe humor̄ pars humet ſuperior habitus etenim corporis ſupra potius innoteſcit·

Vam ob cauſam cum manus exercitamus

sudor maxime oritur· Modo caetere corporis partes positum suum seruent· An quoniam robur huic pręcipue loco inditum est· Hoc enim spiritum continemus qui parti robustissime ꝓximius est· Dum uero laboramus uires augemus· his auctis magis spiritum continem9· Tum etiam cum hac perfricamur parte magisquam cum alia laboramus· Spiritu nanque retento simul & perfricamus· & perfricamur dum ita exercemur·

Vr sudor capitis· aut nullum reddit malū odorem· aut minusquam reliqui corporis· An quia locus capitis opportunus spirationibus est· & quidem laxum se ipse demonstrat argumento exoriendi capilli· Loca autem & quae in locis tenentur grauiter olent· si spirādi careant libertate·

Vam ob causam qui se lucta exercent· si interposita aliquantisper quiete luctentur· magis sudabunt quam si continue· An quoniam humor data requie sese colligit· quem deinde luctandi exercitatio educit· Continua uero illa modo solis corpora assiccare potest·

Vr magis sudamus cum non longo interposito tempore sudor euocatur· An quia non humor tantum causa est ut sudemus· sed foraminum quoque abditorum apertio· & corporis raritas· atque solutio· His igitur qui diu sudandi intermiserint usum· foraminum iter clauditur· At his q crebro utuntur patefactum semper habetur·

Vare cum sol nuda magisq̃ induta calefaciat corpora·induta magis sudare soleant· Vtrũ quia sol corpis deurẽdo foramina cõprimat An quia uapores exiccet que minus possunt accidere indutis·

Vr facies maxime sudet· An quia quae laxa· humida·solutaq; maxime sunt hęc sudori se peruia exhibẽt·caput autem fons esse hũoris uidetur·& quidem pilorum lasciuia sedem hanc.ppt̃ humoris copiam possidet·locusque idem rarus graci lentusq; est·Igitur secũdum naturam transitus agit̃ sudoris·

Vr igne neque uniuerso· neque per diminu tionem oblato·sed per incrementa cõtinua magis sudamus Qui enim in caldariis ita se calefaciunt magis sudent· q̃ si protinus tantundem ignis admiserint An eo q; se modice habeat agat unũ quodque ergo si tantum agit plus si fuerit non aget An potius e diuerso· quoniam scilicet eo rem quodq; efficiat·qd̃ se modice habeat· hac igit̃ de causa nihilo plus sudamus·ubi plus additum sit·Sed quoniã modi singuli singulis respondent· Quodq; iam egerit non amplius agit·hinc fit ut modo aucto magis sudemus Neque enim quod pręcedit ad singula & pręparat ut res subdita apta sit·idem potest etiam opus efficere· sed aliud hoc fugatur officio necesse est·Parum itaq; potiusq̃ multũ caloris praecessit pręparauitq; corpus ad sudandum·sed ad efficiẽdum alio certe ampliorique modo opus est·hoc enim effici ab eo nõ potest·quod prius agebat·sed aliud post desideratur·quod modum obtineat conuenientem

Ur detergēti magis profluit sudor q̃ residerī sinenti· Utrum quoniam refrigerari extrin secus contingat· An q sudor exterior ueluti operculum foraminibus adhęreat corporis· ita ne in terior se promere possit·

Ua de causa ruta· & nōnlla pigmēta sudores foetidos moueāt· An quia quorum odor gra uitatem prę se fert hęc humoribus sordidis admixta foedum mouere odorem possunt·

Ur tergo magisq̃ priore parte sudamus· An q ī parte priore locus sane intus habetur· in quem humor deducitur· quod in posteriore non est· sed foras ibi excernatur necesse est· hoc idem etiam facit ut uentre minusq̃ pectore sudemus· addo quot sudorem terga magis seruare possunt· & poste rior ps magisq̃ prior· quoniā prior magisq̃ posterior refrigeratur· quod etiam causę est ut alae citissime· atque maxime ualeant resudare· uidelicet quia minīe refrigerantur· ad hęc posterior carnulentior pars est q̃ prior· & proinđ humidior· Causam uero cur humi dior sit medulam habet· que per spinā tendens· mltū humiditatis afferre possit·

Ur ea parte qua iacemus sudare nō possumꝰ an quoniam pars qua tangimus· cū plus quā modicum sit incalescens ꝓhibet ne permeet sudor· Resiccat enim atque assumit· Item comprimi eam partem sic euenit· hęc uero sanguinem compssa diffundit· quo diffuso satis refrigeratur· argumento sane torpor est· Quippe qui nonnisi frigoris iniuria fiat· atq effici uel afflictu uel ictu soleat·

Vare q dormiunt magis sudant· An circum obsistendi ratione euenit· Calor enim parte interna collectus potest expeller humorem·

Vr faciem maxime sudemus·cũ in ea minimũ carnis sit An quod expeditius illa sudare pos sunt·quae humida laxaq; sunt·Caput autem tale est· Continet enim suam plurimam humiditatẽ quod utiq; uenarum ratõne patescit quę hinc perten dunt· Distillationes quoque ex capite oriuntur·& ce rebrum humidum est· & foramina p multa ĩ capite habentur·quę tam multa esse·ac foras usq; pertẽdere capillorum inditio constat·igitur sudor nõ a ptibus imis sed de capite oritur·Vnde etiam fit ut primum & maxime fronte sudemus·Prima enim frons subdi ta est·

Va de causa qui sudant·si uel aqua uel flatu refrigescant nauseant· Vtrum quoniam hu mor qui ex fluxu continuo minime quiescer possit·hic refrigescens in parte priore uniuersus con stiterit· An quod spiritus qui foras uersus proueniẽs in sudorem ob frigoris occursum conuertitur·Hic intus ante frigescens q̃ exeat transeat in humorẽ·atq; in eam partem incumbens nauseam moueat·

Vr in capite pedibusque incalescentibus su dores maxime excitantur·An quoniam hu morem ad se membra incalescentia trahũt humor autem partem qua absumatur nullam habet cum ea loca ossibus scateant· Itaque ut excidat foras necesse est·

Vare qui laborant ubi a labore destiterint sudare incipiunt. Nam si labor causa est cũ laborant sudare debent. utrum quod inter laborãdum ueng spiritu inflate comprimi foramina cogant. data uero quiete laxae consideant itaque per ampliora iam facta foramina expeditiꝰ hũor ꝑuadat An quoniam cum laboratur. spiritum ex coherente humore motus secernit. & calore qui a motu excitat̃ humor in spiritum per summa corporis extenuatur Cum uero a labore cessatũ est. simul & calor desinit. & ex spiritu spissescente humor qui sudor appllatur consistit.

Trum per ęstatem potius. An per hiemem sudor mouendus sit. An tunc opportune sudat̃ cum humidiora corpora sunt neglectaq; difficiliora reddunt̃. igit̃ per hiemem potius cõuenit An magna per id tempus mutatio sit. nec excremẽta concoqui possint. cum coelũ cõtra naturam frigeat igitur per ęstatem potius mouendum Quippe cum humores per ęstatem potius omnes putrescere soleat quapropter exhauriendnm tunc est ut etiam ueteres omnes autores hac eadem decausa censent.

